

~~~~~  
 ~~~~~

Orat. Funeb. XIV.

MEMORIAE JOANNIS I. PALATINI.

Oratio Pantaleonis in Schola Hornbachiana habita anno 1604. Mense Septem.

Qui solitus, latis, cō plurib. haētenus, annis,
 Dicere de rebus, solenni hoc tēporis actū,
 Dum tenui Heroum celebravi carmine laudes,
 Discantum aut studia ornavi, laudesq; docentum,
 Egregii pietate Viri, & tu cara juvenus:

Heu mihi, quā duro mea mens afflicta dolore est,
 Quod mihi dicendi oblata est occasio talis,
 Materia & talis, quam mors mœstissima nostri
 Principis, indicis nobis objecit acerbis,
 Quam si præteream tacitè, ingratiſſimus essem.

Namq; obiit Dux ille, obiit, sanctiſſimus ille,
 Cū nondum seros Vitam duxisset in annos,
 Ereptus nimis, ab, alieno tempore nobis,
 Nobis, & patriæ, toti, & Germanidos ora.

Huc etiam accedit, (ne noxa sit una malorum)
 Triste quod, heu nostras defertur nunciū ad aures,

Oto Henricus frater Io hānis obiit.

Nunc etiam fatis cessisse recenter, Otonem—
 Henricum, qui Sultzbachia præclarus in arce,
 Nulli animis, nulli Virtutis laude, secundus
 Dux fuit, & nostro, fraterno sanguine junctus
 Ille Duci, cujus clarum tenet ossa Laingum.

Oto triades Palatinorū.

Oto Palatinæ triades, mirabile, gentis,
 Ante annum viguere. ast heu nunc una duobus
 Rupta fere periit membris. licet altera contra,

Desiit